

COMMENTARIUS IN JEREMIA
CAPUT IV.

1. Nexus.

Sicut in precedenti: ita in hoc etiam cap. alterius pergit Propheta exhortari populum ad naturandam pœnitentiam.

2. Argumentum.

Est caput istud concio, qua instituitur exhortatio ad pœnitentiam, subjecta comminatione gravissima pœnatum, qvibus afficiendi impœnitentes. Est itaq; concio isthac partim παρεγνέληκτο: partim αὐτεληλυκόν.

3. Partitio capitis.

Due sunt partes capitis præcipuae: 1. complectitur Exhortationem ad pœnitentiam; 2. Comminationem pœnatum, qvibus impœnitentes afficiendi.

4. Usus capitis.

Ad imitationem transferri potest hæc concio nostro tempore, ita ut populus de agenda pœnitentia serio moneatur, propositis calamitatibus, qvæ undique nos circumstant.

Explicatio 1. partis.

Exhortatio ad pœnitentiam continet & Propositionem & Confirmationem. Propositione duplex constituitur; altera constat verbis propriis; altera verbis figuratis.

N. I. 2.

In propositione, qvæ propriis constat verbis, Israëlite jubentur se convertere ab Idolis, non hypocriticâ, sed vera & sincera pœnitentia ad Dominum; huic enim soli peccarunt Psal. 51, 6. & ipse solus potest ac vult remittere peccata pœnitentibus. Exod. 34, 7. Ps. 130, 4. Sir. 2, 13. Merito igitur damnandi hypocrite, nec non Papistæ, quorum nonnulli ex Epicureis sunt Capucini: omnes verò acturi pœnitentiam, & peccata confessuri non directè ad Dominum, sed ad Santos convertuntur; maximè verò ad Mariam Virginem, sicut appareat ex Psalterio Mariæ à Bonaventura composito, & imprimis quidem ex Psal. 51. quem hunc in modum ad Mariam blasphemè transfringit: Miserere mei Domina, qvæ mater misericordie nuncuparis, & secundum viscera misericordiarum tuarum munda me ab omnibus peccatis meis.